



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In  
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1624**

Concio Tertia. De Beatis Cœli incolis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](#)

Nabuchodonosore, nisi formosissimus  
anedebar: Ita nemo coram Deo in cœlis,  
nisi sole purior. Hinc illi dicitur, Matt. 22.  
Amice quomodo hoc intrasti, non habens vestem  
nuptialem? Isthic enim meræ aguntur  
nuptiae in stola gloriae. O miraculum  
mundi, nature: Opusque Dei! Admirabile  
templum describitur Salomonis, 3. Reg.  
7. Sed nec umbra est ad cœlum: cuius  
symmetriam Pythagoras perpetuam  
harmoniam appellabat.

## P A R S V.

*Decalymotu, & admiranda præstantia.*

I. **H**uc accedit quod cœlum sit incor-  
ruptibile: 2. quod causa rerum om-  
nium. Arist. 2. Meteor. nam Mundus infe-  
rior superioribus nationibus continuatur; vro-  
minus inde virtus deriuetur. 3. quod sit locus  
æternorum ac diuinorum, vt Auerroes  
ait: 4. quod tres dotes habeat nobilissi-  
mas: Lumen clarissimum: formam orbi-  
cularē perfectissimam: motum celeri-  
mū, quo intra horā decurrat, 42398437.  
milliaria. Quantum iter, qui quotidie  
conficeret 40. millaria, decurreret intra  
2904. annos.

Vel clarius: tata est primi mobilis vele-  
citas, quanta quis, quæ volatu terram ab  
ortu ad occasum circumiret 138. vicibus  
intra unam horam. Ita Besseus ex Claudio.  
Quare si terram cœlo, terraq; res rebus  
cœlestibus conferas; dicas hæc terrena  
nugas esse, meraeque imposituras: certe  
nec umbras cœlestium. Hæc tamen uno  
nummo charitatis emuntur.

II. Est igitur hic orbis, vt multum ei  
tribuamus, quasi suburbium lutosum  
ciuitatis cœlestis. 1. Vnde Roman. 1. inuisi-  
bilia ipsius à creatura mundi per ea, que facta  
sunt intellecta conspicuntur. id est, ex sub-  
urbio æstimatur de vrbe: Ex istius inco-  
lis, de huiuscce ciuibus filiis Dei. 2. Si  
ingressus palatium cerneret coquinam,

stabula, foricas, &c. auro incrusterat. &c.  
omniaq; magnificentissima; quid nō æ-  
stimares de conclavi regio? Ismundus,  
hoc cœlum est. 3. O Domine, exclamat S.  
Aug. J. Medit. Si tantatribuis nobis in carcere;  
quid dabis in patria? Si tata amicis & inimicis;  
quid est quod seruasti solis amicis? 4. Similiter  
S. Chrysl. in Epist. ad Rom. Sufficiamus cœ-  
lum & intelligamus statum illius gloria tan-  
to melius effectum, quanto luteis tefis aurum  
est melius.

5. Regina Saba, 3. Reg. 10. visa regia Sa-  
lomonis, rerumq; omnium dispositio-  
ne; corruit defecta animo pœstupore.  
Quid animæ fieri ex terrenis cœlestia æ-  
stimant? Quin igitur exclamemus: Ps. 38.  
Qui dilectat abernacula tua Domine virtutum?  
Concupiscit, & deficit anima mea in atria Do-  
mini. Ergo hæc memorare nouissima tua. &c.

## C O N C I O T E R T I A.

*De Beatis Cœli incolis.*

A Poc. 7. Vidi turbam magnam quam di-  
numerare nemo poterat ex omnibus genti-  
bus &c. stantes ante Thronum in conspectu A-  
gni, amicti stolis albis, & palme in manibus eo-  
rum concientes Deo. Hi beati sunt ex ho-  
minibus Diui.

De quibus nos in præsens

- I. Des felicitate beatorum.
- II. Des sanctorum Aeternitate Beata.
- III. An eadem sit, aut dis part gloria Sanctorum.
- IV. De aureola Sanctorum.

## P A R S I.

*Des felicitate beatorum.*

**H**ominis in terra degentis dignita-  
tem obstupeficens exclamat Psalm. Mirabilis  
8. Domine Dominus noster, quam admirabile  
est nomen tuum in universa terra! Quid est ho-  
mo, quod memor &c. omnia subiecisti sul pœ-  
dibus eius. Quid si in cœlis beatorum tor-

Mirabilis  
D. in  
beatis est.

Eeeeeee 2 tem

tem liquidius ei cognoscere licuisset? Cognovit tamen aliquid, & exclamat, Psalm. 67. Mirabilis Deus in Sanctis suis! q.d. Mirabilis in creatione hominum, inque redemptione. At in beatitudine mirabilior est.

*Figura aut  
compara  
tiones.*

1. Ezechias, 4. Reg. 20. ab thesaurorum potentia Babylonis legatis, quibus eos ostenderat, admirationi exitit. At calorum thesaure mirabiliores mundanis in cœlum receptis videntur. 2. Assuerus Rex 127. prouinciarum, ab regno, & epulo Satrapis populisque præbito admirandus videbatur. Esth. 2. At nihil ad æternum & regnum, & epulum Diuorum. 3. Mirus Ioseph cunctis Aegyptiis, & fratribus, Saluator omniū. Magis Deus, qui, vt Ioseph, iubet Gen. 44. Imples saccos corporis & animæ frumento glorie, quantum possunt capere. 4. Sicut pater ille bonus pro recepto in gratiam prodigo prius, mandat, Luc. 15. Cito proferte stolam primam, &c. ita vestit ornatque gloria egressos decorpore.

*Promissa  
facto exhibi  
bita.*

II. Hic cernitur, quod dicitur Matth. 22. Omnia sunt parata: tauri mei occisi sunt, &c. venite ad nuptias. 2. Hic dicitur, Cant. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi. 3. Hic Psa. 35. inebriabuntur ab rvertate domus tuae Deus; & torrente voluptatis tuae potabis eos. Hic, vt reges, circumsidebunt, Apoc. 4. in circuitu sedis Sedilia quatuor, & super thronos 24. Seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea. Scio S. Greg. l. 1. Reg. c. 9. per Seniores intelligere Ecclesiastas, at Glosa, Rich. à S. Vict. Rupertus, &c. de Sanctis accipiunt Patriarchis & Apostolis. Potest tamen & de quibusuis intelligi Beatis.

*Expressio  
nibus sunt  
existimam  
da.*

3. Cæterum extemporali remuneratione diuina, ob virtutem aliquam facta, licet de coelesti, æternaque colligere. Sic August. in Soliloq. cap. 21. Si tantanobis

facis in carcere quid ages in palatio? Si tanta solatia in hac die lachrymarum; quanta conserues in die nuptiarum? 2. idem in Psalm. 83. Bona cogitate quæ dat Deus peccatorib; & hinc intelligitis, quæ seruet seruis suis fidelibus. Blasphemantibus quotidianie dat cœlum & terram, dat fontes, fructus &c. 3. S. Fulgentius, vt refert Sur. t. i. visa urbis Romanæ maiestate, aiebat: Quam speciosa potest esse cœlestis Ierusalem sic fulget Roma terrestris. Si in hoc saeculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem; qualis prestabitur Sanctis diligentibus veritatem? 4. S. Procopius Epis. viso portari ad baptismum Theodosio iuniore Imp. aiebat: Sicut, quo paulo post euangelizunt, tantam habent gloriam, quanto magis cœlestia qua parata sunt sanctis?

## PARS II.

*De Sanctorum Aeternitate Beata.*

1. Tria sortem beatorum reddunt ad mirâdam, Aeternitas, Loci dignitas, Societas. De aeternitate Dan. 12. Fulgebunt iusti quasi splendor firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas aeternitates. Ideo 14. Esd. 2. Parati esto ad premia regni, quia lux perpetua lucet vobis per aeternitatem temporis. 2. Cor. 4. Aeternum gloriae pondus operatur in nobis, quod modicum hic patimur.

In mundo, 1. Prou. 14. Extremæ gaudii lux occupat. 2. Et Iob. 20. gaudium hypocrita in star puncti. 3. Testis familia Iobi, filii eius in lugubris epulabantur hilares, at breui gaudio, nam morte obruebantur. 4. Balchazar Rex, Dan. 5. in aula coniuicia agitabat, & manus funesta diuinitus interueniebat.

Non sic in cœlis. Nam Isa. 65. Gaudebitis, & exultabitis usque in sempiternum. 2. Et perenniter: vt singula partes corporis ac animæ sint gauisuræ. Psalm. 50. Auditui meo dabis gaudium & latitiam, & exultabunt ossa humiliata.

Et quia hoc perenniter; ideo Divi columnis comparantur. Apoc. 3. Qui vicerit,

Hinc sancti sunt ut co-lumna,

*faciam illum columnam in templo Dei mei, & scribam super eum nomen Dei mei. 2. Item figurantur, Cant. 3. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas. 3. Quare Psal. 147. Lauda Ierusalem Dominum. &c. quoniam confortauit seras portarum tuarum, ad aeternam securitatem. 4. Vnde Apoc. 7. dicuntur stantes ante thronum, quasi columnæ quibus Tabernaculum Mosaicum innitebatur; 5. Eadem constantiam significabat, Apoc. 21. ciuitatis quadro posita.*

*Beatae co-  
lorum di-  
gnitas est.*

*Sunt im-  
peccabiles  
beati.*

*Obvisio-  
nem beatifi-  
ciam con-  
tinuam.*

*III. Cœli quoque dignitas mirifice auget gloriam beatorum. 1. Locus enim is est, ut S. Anselm. simili. c. 16. ait, in quo est vita sine morte: &c. vbi est supra Deus, circum Angelum, vnde omnia glorificata. 2. Vbi peccare nemo potest. Sicut traditur Cretam insulam omnis expertem venenie esse, nec ferre serpentem. Ita cœlum expers peccati est. 3. Erravit igitur Orig. docens beatos posse peccare; atque Angelos subinde labi. At confirmavit utrosque Deus, Ioh. 16: ut gaudium regnum sit plenum.*

*Diseptant Theologi: Vnde fiat, quod Beati peccare nequeant? 1. Scotus. 4. Dist. 94. q. 6. ait, ex solo Dei beneplacito sanctis extrinseco. 2. At S. Th. 1.2 q. 4. art. 4. ait id ex natura beatitudinis prouenire; quæ est continua visio diuina; qua ita distin-  
tutur beati, ut auertere ad inordinata vo-  
luntatem nequeant.*

### P A R S III.

#### De Societate beatorum.

*Beatas bea-  
torum so-  
cietas est.*

**I.** Socetas sanctis exaggerat gaudium: & illa eorum tanta charitas, tanta virtutum & voluntatum harmonia, securitas, gloria: ut defixi teneatur in Deo; & in sece inuicem. 1. O consortium Phocion, Dux Athen. domum propo-  
nens venum proclamari iubebat. Et vicinum habet bonum. Ita cœlum nobis venale

proponitur: quæ autem melior vicinia, quam eiusdem? 2. Ecce quam bonum & quam iucundū habitare fratres in vñ. Ps. 132. Et gloria 3. De quo S. Aug. in Ps. 150. Hæbent diuersi etiam tunc Sancti differentias suas consonantes: sicut concentus fit suauissimus ex diuersis quidem, sed non aduersis sonis. 4. Quid iticundius, quam tot, tamque diuersos intueri Spiritus, ac ordines? Hinc Psalm. 83. Melior est dies vna in atris tuis super millia. Hinc Isa. 3. Dicite iusto quoniam bene. Nota hic breuitatem & energiam. 5. Et cur bene? Quia Ps. 138. Nimiris honorati sunt amici tui Deus.

Vere mirabilis Deus in Sanctis: 1. Nam Ps. Ex humili 112. est suscitans à terra in opem, & de fletore alto pro-  
erigens pauperem, ut collocet eum cum priu-  
cipibus, Angelis. 2. Ex humiliad alta pro-  
uectus in Perside fuit Mardochæus: Io-  
sephus à Pharaone in Aegypto. Nec ea ta-  
mensorscum Sanctis in comparatione  
venire potest Esth. 6. Sic si honoratur, quem  
Deus voluerit honorare. 3. Quantus erat Ba-  
ptista? Matt. 11. Qui autem minor est in regno  
cœlorum, maior est illo.

Quid Sabæa, Salomonis aula visa, Admiran-  
quid faris? 3. Reg. 10. Beati viri tui, & beati diae vene-  
seri tui hi, qui stanti coram te semper, & au-  
randisunt. diunt sapientiam tuam. Quæ dices, co-  
gnito cœlestisaulæ ordine? An Ps. 48. Bea-  
ti, qui habitant in domo tua Domine: in secula  
seculorum laudabunt te. An Apoc. 19. Beati  
qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt!

Cœna est: quia est ultimum, quod dat Dei com-  
Dominus sub vita vesperam idemque mensales.  
aeternam. 1. Vnde Ps. 16. Satiaror, cum ap-  
paruerit gloria. 2. Ita nimis Dauid hinc  
decessurus filio commendauit: quia filii  
Berzellai eum fugientem refecerant. 2.  
Reg. 17. Ipsius inquit. 3. Reg. 2. reddes gratiam  
erantque comedentes in mensa tua. Sic & Iesus  
suos commendat Patriad beatam aet-  
ernitatem. Ideo Luc. 22. ait: Et ego dispono  
vobis, sicut dispositi mibi pater meus regnum,  
ut edatis & bibatis super mensam meam in re-

Eeeeeee 3 gno

gnomeo. scilicet iastar Angelorum. Nam Matth. 22. Erunt homines sicut Angeli Dei.

## PARS III.

An eadem sit, aut dispar gloria Sanctorum.

*Heresis Iouiniana & Lutherana*

1. *C*um Matth. 20. idem sub Vesperam datus fuerit omnib. denarius pro labore non eodem: Cumque imperfecta beatitudo sit, quæ minor in uno foret, quam altero, idcirco Iouianus contendit eam parem omnibus obuenire, nec essent iam diuinam perfectius vni, quam alteri videri. Damnata orco haeresin: Lutherus euocauit; addiditq; nec Deiparam cæteris esse beatorem. Istud impium; hoc etiam blasphemum est.

*Et dispar.*

*1. Quia scriptura est.*

At vniuersa negat Ecclesia, parem Cœlitum esse gloriam. Ita D. Thom. par. 1. q. 12. art. 6. Idque non, quod alij sint aliis obtusiores, sed quod in viuis charitate fuerint dispares, ideo ab lumine gloriæ sanctis immisso fit inæqualitas, simul tamen abundans cunctis satietas. 1. Hinc, 1. Cor. 9. Qui parcer in se, parcer & metet. & 1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundum laborem suum. Per Denarium, ait S. Hieron. l. 2. contra Iouin. D. Thom. 2. q. 5. d. 2. intelligitur obiectum, in quo formalis beatitudo consistit intuendo. Ut in actione videndi Deum sit æqualitas, non in modo perfectionis.

*2. Quia ad natum dispersa est pena.*

2. *Ratio prima.* Non æqualiter omnes cruciantur eodem igne gehennali, ergo nec perinde glorificantur omnes in eadem gloria coelesti. Nam contraria contrariorum sunt consequentia. Quia indubitate hic lex iustitiae diuersis reis pœnas irrogat diuersas, ergo eadem & isthic paria similiter præmia.

*Quia beatitudo ordinata est.*

*Secunda.* In bene ordinata ciuitate ordinis sunt gradusque hominum officiorum diuersi, at huic conferunt Scripturæ beatitudinem. Hinc Ioan. 14. In domo Pa-

tris mei sunt mansiones multæ. id est, ait Aug. varijs honorum gradus.

Tertia. Ut stellarum non idem splendor est omnium; si pariter solem respectent eundem, vnde lumen mutuantur. Ita & rum sunt Sanctorum. Nam, Dan. 12. Quasi stellæ in similes, perpetuas aternitates fulgebunt. Et 1. Cor. 15. *4 Figura ostendit idem.* Alia est claritas solis, alia claritas lune, alia claritas stellarum: stella enim à stella differt claritate, sicut & resurrectio mortuorum.

3. Liquidæ sunt igitur rationes diuersitatis, Figuræ item respondent. 1. Ioseph fratribus epulum præbuit in AEgypto, Gen. 43. Majorq; pars venit Beniamin, ita vt quinq; partib. excederet; biberuntq; & inebrati sunt in eo. Ita Deus in cœlo amanter omnes excipit animas, reficitque abunde. Plus tamē hic diligenter plus ibi rependit. 2. Ioseph idem Oeconomus AEgypti in cunctos victum dispensabat, ac fratribus demum singulis stolas addebat binas, Beniamino etiam quinas, ac insuper 300. argenteos. Ita Deus cuique stolam gloriæ dat corpori, alteramque animæ Sed plus merenti plura adiunxit, ac citra inuidiam.

## PARS IV.

*De aureola.*

1. *E*st igitur ea diuersitas, qualis in Sea- Gen. 28. la Iacob erat graduum. Existitque illa cum ab intrinseco Sanctis principio, à sua ipsorum dispositione per charitatem viæ, cui par est & charitas patræ, tum ab extrinseco, meritorum scilicet cuiusque, quæ charitatis sunt fructus, cui par & gloriæ gustus est.

2. *Adhac prouenit diuersitas ex Au- Aureola af reolis Sanctorum. i. prærogatiis Marty. ferunt di rum, Doctorum, Virginum, &c. Effen- versitatim tialis quidem par cunctis est beatitas: que gloria.* Corona dicitur. 2. Tim. 4. In reliquo reposita est mihi corona glorie. Iac. 1. Accipiet coronam vita. 1. Pet. 5. Immortabilis gloria co- YONAM.

**HONORABILITAS.** Apoc. 4. Stantes coram Agno. 24. seniores, gerebant coronas easdem. Accidentaria est alia, quæ idcirco coronula dicitur, seu aureola, operib. data supererogationis, aut excellentiæ. Talia præcipue tria Operum sunt genera; quia Victoriarum sunt tria, quibus donatur aureola: Ut sunt Martyrum, Doctorum, Virginum: Sicut tria sunt Hostium, quibus pugnanda est: Caro, Mucus, Daemon.

**1. EPISTOLA VIRGINUM:** 1. Eu promissum Victoriae de carne Is. 56. de Eunuchis: Dabo eis nomen melius à filiis & filiabus. Vbi Glos. Propriam gloria excellentiamque significat.

**2. MARTYRUM:** 2. Victoria de mundo est Martyrum, qui eo despecto gloriam Dei prætulerunt cum vita iactura. Quod si igitur Virginitatis sua est aureola, quanto magis Martyrio? Aug. I. de sanct. Virg. Nemo quantum puto, ausus fuit præferre Virginitatem Martyrio.

**3. DOCTORUM:** 3. De Doctorum victoria aduersus Satanam, Glos. in istud Eph. 1. Ut sciat, quæ sit supereminens, &c. inquit: Quoddam incrementum habent S. Doctores ultra id, quod alii communiter habebunt. In istud Can. 8. Vineam meam coram me est, ait. Ostendit, quid singularis premii Doctorib. eius disponit. Dan. 2. Qui autem docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamentis, & qui ad iustitiam erudiant multos, quasi stelle in perpetuas æternitates.

II. Alii tres aureolas tribus applicant potentissimæ animæ, & cuiusque proprio actui, sed insignius præstito. Nam potentia intelligibilis actus eminens est fidem docere: Irascibilis, pro Fide zelari, Concupiscibilis, carnem edomare. Hæc ob oculos fuisse reor. A postolis, cum percunstartenrur Mat. 18. *Quis putat maiorem est in regno cœlorum?* præ ceteris excellentius quid expectarent.

#### PERORATIO.

Est igitur cœlestis gloria, qualis cella

Principis, in qua vasæ sunt maxima, media, minima, vini optimi plena singula, ut nullum desideret quicquam. Ita Cant. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam. Neq; ego solum satiabor cum apparuerit gloria, sed, & biberunt, & inebriati sunt in eo omnes. Atq; ista memorare nouissima tua. &c.

#### CONCIA. QVARTA.

*De gloria ex visione beatifica.*

**R**egina Saba, 3. Reg. 10. cum quantouis fastu regio inuencta Ierosolyma, ampliore tamen maiestatem rerum omnium in regia Salomonis vidit, ut attunita miraculo semianitnis corrueret. Ita quantisunque hic admirabiles gratis Sancti ex humanis decadent inueniti tamen in cœlestem Ierosolymam, ea vident, quibus absorbiteneantur Deique, sive admiratores.

*Qua supra re nos*

- I. *Ad quam anima partem referenda sit potius beatitudo.*
- II. *Quomodo fiat Dei Visio beatifica.*
- III. *De gaudio beatorum.*
- IV. *De scientia earundem.*

#### PARS I.

*Ad quam anima partem referenda sit potius beatitudo.*

**I.** *Q*uod sapientia specimen dabat Salomon, erat iudicium duabus vnam sibi prolem vendicantibus, 3. Reg. 3. Diuidire infantem viuum inquietabat, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Ita nunc intellectu, inde voluntate sibi vendicante beatitudinem vtri eam vt matri adindicabimus.

Scotus contendit eam in operatione voluntatis consistere. 1. Quia Bonum est voluntatis obiectum: sed beatitudo est summum bonum, ergo hæc ad ipsam pertinet. 2. Beat. referri debet ad actum perfe.